Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26337
Copyright: Admont, Benediktinerstift

MS. N. 509.

Fingit in hoc opere poëta Naturæ consilio, omnium virtutum communi operâ hominem novum creatum fuisse, qui devictis humani generis hostibus pacem mundo restituat, cujusq; perfecta probitas pro communi virtutis normâ omnibus deserviat.

Natura volens novum quodpiam opus efformare, in quod unum munera omnia alij sparsim collata concludat, ut illud solum, unum perfectum in regno suo haberi gloriet, sitq; velut speculum, in quo speculentur omnes, ne vero inconsulto tantum opus aggrediat, cui alioquin impares esse suas vires agnoverat, sorores /: virtutes :/ cæteras consulere statuit: cogit itaq; concilium et Regia Cæli jam beatis gressibus terram vestire dignat, præit Cælestem Militiam Concordia, sequuntur Copia, Pudor, Ratio, Prudentia, Honestas. Alia Chorus Musarum et ef. Agmen claudit Nobilitas. Author deinde fuse, et singulari cum lepore, faciem loci illius describit in quo Naæ aula erigebat quam, denuo sane magnifice pingit. Hic considente Cælesti Cætu, Naa Desiderium suum coram virtutibus exponit, cepisse se videlicet consilium ait, ut cum nihil in Regno suo undequaq; beatum inveniat, neq; in adhærentes operibus suis maculas detergere valeat, omnes in id communiter desudent et profusis in unum omnibus muneribus effingant hominem cujus probitas limina perfect multos, sit homo, qui Cæli insideat animo terris corpore, qui doceat virtutem, communis sit Recti Regula, qui denique Tessiphonis et Crinis, in toto jam Orbe bachantis confundat Molimina. Verum Prudentia, quamquam Naæ sententiam in principio velut Divinam, et Rationis igne benedoctam pluribus dilaudet, excedere tamen hoc opus omnes vires accusat: duplex, ait, et dispar substantia est hominis, terras sapit altera, altera Cælum, illa manus quidem nostras artifices postulare videt, sed alia à solo Dei pectore procedit, nescio itaq; non volo, velor do consilio; et ne ignava quietis asylo mendicare videat, quidquid Naæ dictaverit, imo jusserit aggressuram se spondet. Ratio deinde peroratio /: cujus descriptio satis Aristotelica § 1mus claudit :/ Natura hæc vota multis comendat animos sororum ad talia audenda excitat, auxilium Divini Authoris promittit, atq; modum, quo Deus ad favendum cepti inducat demonstrat, legatum scilicet ad Colos mittendum suadet, atq; Fronesim /: sapientiam :/ de qua magnifica multa prædicat, hoc munere optime functuram elicit.

Restauriert 1959
E. Klee